manuscript

Klosterneuburg (?) 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1014
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

osculo. Doctrina et refectio tue presentie que dulcis est.

me osculo oris sui quia meliora sunt ubera tua vino fraglantia unguentis optimis oleum effusum no

Osculo. In incarnacionem filii que est quasi prelibacio incarnationis coniunctionis nostre et dei scilicet humanam naturam.

Oris sui. Quia hic gratia adiuvans et finis vita.

Quia meliora sunt. Legis fervore vel aquibuslibet institutionibus aliis.

Christina [sic] X. i. ab unctione unctus quod nomen per gratiam sancti spiritus in baptismo funditur in cunctos fideles.

Nondum possum te ipsum amplecti nomen tuum interea ex desiderio tui metum pernoctabit quia concedit effectu et nata omnis unctiones veteris legis. quia reficit sanat. semper enarratur.

Nomen tuum. Oleum effusum. Deus homo factus quia in essentia videre non possunt. Sola dulcedine nominis tui te de omnibus ... ante ponunt.

Osculo. Ideo desidero osculum quod esset redemptio mea quia instructiones tue que sunt lac et nutrimenta puerorum sunt meliores aliis doctrinis que non fovent sed occidunt simplices sicut vinum necat parvulos.

Ubera sponsi nominat quod muliebre est. ut in ipso carminis initio figurare se loqui manifestet.

Vino. Quia odore attrahunt ungentorum vel per dona sancti spiritus.

Quia quod prius latebat in paucis notificatur ad salutem omnium.

Unguentis optimis. Unguenta sunt dona spiritus sancti. optima quia invisibiliter animam reficiunt. Ideo etiam desidero osculum. quia nomen tuum. Sponsus a patre missus. ad sponsam venit unctus ut sponsam ungat.

Nomen ihesu venit in mundum et statim predicatur oleum effusum. i. universa terra nomen predicatur. Nunc moysi nomen addit. quod prius videre tantum claudebant angelus.